



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 192. Conjuratio feliciter detecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

ciendo deesse videbatur, comitiis in Sæc. XVII.
septimam Octobris diem dilatis.

A.C. 1605.

§. CXCII.

Conjuratio feliciter detecta.

Rursus Comitorum tempus ad diem *Thuan.*
quintam Novembris differebatur, *lib. 134.*
qua mora altioris Oculi provida vigilan- *Sleid. contin.*
tia proximam stragem antevertit, dis- *lib. 12.*
jecitque; accidit enim interim, ut ex *Merc. Gallo*
conjuratis quidam Montaquilium Ba- *Belg. tom. 5.*
ronem Religione Catholicum amicum *Opera Reg.*
suum communi excidio involvi condo- *Jacob. I.*
pag. 100.

lens, ad eundem literas incerto tamen
Authore, atque incognito Latore trans-
mitteret, quarum summa hæc erat:
Amicitia, quæ mihi cum aliquot tuis ne-
cessariis intercedit, facit, ut de tua in-
columitate sim sollicitus, monitum pro-
inde te volo, quantum vitam tuam dili-
gis, ut excusationem comminiscaris absen-
tiae ab Ordinum Conventu, Deus enim
& homines concursu saðo ad puniendam
hujus sæculi impietatem festinant, noli
hanc monitionem parvi facere, sed discede
quamprimum in provinciam tuam, ubi rei
exitum securus expedes; licet enim nulla
se motuum indicia prodant, moneo tamen,
terribilem conventus iste iustum sentiet, nec
videbit percutientem, non est, quod sper-
nas hoc indicium, prodeesse potest, nocere

Yy 5

non

Sæc. XVII.

A.C. 1605.

*non potest, quippe præteribit periculum
haud oxyus, quam literas has exufferis.
spero te, Dei beneficio, hoc consilio nati-
usurum, cuius te tutelæ commendo.*

Perfectis hisce literis Montaguus primo eas per jocum, ut Rex inanitorre a comitiis absterreretur, exarata suspicabatur, postea tamen forte Regi periculum imminere considerans intempestiva nocte ad Robertum Cæcilium Sarisburensem Comitem, qui Regi a secretioribus consiliis erat, hanc epistolam desert: Hic collato cum aliis consilio expectandum censuit, donec Rex e venatione Reistono Londinum redierit; quo adventante Cæcilius die postrema Octobris has literas Jacobo perlegit, illas nil nisi vel luxuriantis ingenii vel insani hominis partum esse existimans: Attamen Rex ea, quapropter lebat, perspicacia hæc verba: *præteribit periculum haud oxyus, quam literas has exufferis*, profunda mente ponderabat, moxque a pulveris pyri iaru exitium adeo subitaneum his verbis designari enuntiabat: prolati hisce Regis verbis omnes in eandem conspirabant sententiam.

§. CXCIII.

*Pulvis pyrius subtus Comitorum alli-
lam repertus.*

Digrelli